

1695


F. D. F.
ΧΡΕΙΟΛΟΓΙΑС
SALOMONEÆ
Specimen I.
in
GYMNASIO FREIBERGENSI
a
Quibusdam supremæ Classis Alumnis
d. 29. Aug. 1695.
exhibitum
moderante
M. TOBIA Siebe/ RECT:

Literis BECKERIANIS.

I. N. J.



Vantâ lætitiâ Præceptores suos perfundant discipuli, qvi indies recta discendo procedunt longius; ejus rei insigne documentum dedit omnis sapientiæ Phœnix Salomon, Davidis Jesæ Herois filius. Vix illum Parens optimus commodis moribus literisqve imbuendum a teneris Nathani Prophetæ tradiderat, cùm Præceptorem suum ille impleret spe certissima, se haud degenerem, sed filium Deo dilectissimum Regniqve Israëlitici heredem fore felicissimum. Enimvero ex ipsis sacrarum literarum Pandætis constat liqvidò, qvantopere detam felicis ingenii discipulo Nathan gratulatus sibi fuerit, cùm novo eum nomine **JEDIDIA** appellaret, II. Samuel. XII, v. 24. De cuius appellationis ratione nonnulla ex Philologiæ sacræ adytis jam delibare tantò minus nos pigebit, qvantò magis Præceptorum omnium unum votum est, ut disciplinæ suæ alumni pulcherrimum **JEDIDIE** nomen reapse impleant. Atqve initio qvidem non paucos invenias, qvi hujus nominis Autorem non Nathanem fuisse volunt, sed vel ipsum Deum, qvi ad nomen hoc Salomonii imponendum usus sit manu, i.e. ministerio Prophetæ, ut eodem die, qvo vocatus est Salomon, simul etiam vocaretur **Jedidja**, qvæ sententia est Joh. de Pineda de rebus Salom. Lib. I. c. 16. n 2. p. 64. vel Davidem, qvi, ut Vatablus in Not. ad h. l. interpretatur, ex se & sua sponte filium suum Salomonem, hoc altero nomine vocaverit. Sed qvid attinet, verbum נְקָדֵן vocavit, ad remotiora Subiecta referre, qvum magis cum textu cohærere videatur, si Nathanem Prophetam hujus nominis Authorem fuisse existimemus. Facit huc versio B. Lutheri, qvi versum 25. l. c. ita reddidit, und er (**David**) that ihn unter die Hand Nathans des Propheten / der hieß ihn **Jedidja**/ um des Herrn willen Ita vertit etiam Joh. Dietenberger & Biblia Batava: Die hiet hem **Jedidja**. Qvin potius istius nominis significationem consideremus ponderosissimam. Satis planū enim est, id non significare, segregatum ad regnum, sicut Symmachus reddidit, cùm neqve



neqve יְהִידָה, unde Forsterus; neqve יְהִידָה, unde Buxtorfius nomen
Jedidja derivat, segregandi significationem usquam habeat;
sed compositum esse ex יְהִידָה dilectus, & nomine Dei יְהִידָה, ut
adeo idem sit, ac dilectus Dominus, der Geliebte des Herrn / vel,
ut B. Luth. in Glossa marginali interpretatus est, lieblich dem
Herrn. Non abludunt reliquæ versiones. e. g. Hieronymi, *amabilis Domino*; Junii & Tremellii, *amatus Deo*; His-
panica: *Amable à Jehovah*; Italica: *amabile datus signore*. Exactissimè omnium ei in vernacula nostra respondet nomen Gott-
lieb vel Christlieb. Neqve tamen temere hoc nominis ei Nathan imposuit, sed בַּעֲבוֹר יְהֹוָה i.e. propter Dominum. Ex quibus verbis interpretes colligunt, Salomonem *Jedidja* appella-
ri, vel propterea, qvæ Dominus de eo Prophetæ prædixerat;
(uti Tassanis interpretatur in Notis Marginalibus) vel propter amo-
rem, qvo eum Dominus v. 24. l. c. complexus dicitur; vel
propter Jehovahm h. e. (explicante Tremellio in h. l.) propter
*Christum Jehovahm omnes regis suos adiuvi Patri & Spiritui S. qvo in
Christo Sebeleno & Deo gratus fuit, & typum exhibuit regni eterni
ejus.* Sed media illa interpretatio de amore Domini, ortho-
doxæ Ecclesiæ Argentoratensis Præsuli maxime Venerabili
D. Sebaſt. Schmidio in Comment. ad h. l. p. 543. videtur simpli-
cior, qvæ non minus admittat typum. Nam Deus ita dile-
xit Salomonem, ut tanquam typo communicaret ipsi nomen
magni illius *Jedidja*, Messiae, Deo dilectissimi Matth. XII, 18.
42. in qvo omnes credentes Deus εχειτων i.e. gratos reddidit.
Eph. I, 6. Qvis neget autem, hanc ipsam *Jedidja* appellationem
ei qvoq; expressisse spem optimam, qvam ex Salomonis erecta
indole & discendi æqvæ ac morem gerendi studio conceperat.
Audiamus h̄c D. Paul. Laurentium Dresdensis Ecclesiæ
qvondam Antistitem & Protosynedrii Electoralis Aſſefforem
gravissimum, qvi in concionibus suis super Libb. Samuel. de
nomine *Jedidja* præter alia in hunc modum eruditè differit:
Es darf Mathan nicht über ihn seufzen / ihm nicht flüchen / er darf
nicht klagen / daß er sich übel anlässe / daß er ihn dem Cain / Saul
und andern bösen Kindern vergleichen dürffe; sondern gutes
omini-

14070101-2010-T101

ominiret er von ihm / und will sagen: En das ist recht / wenn man sich also anlässt / du wirst doch ein gewünschter Regent dermahl eins werden / du bist ein feiner JEDIDIA; Gott und Menschen haben an solchen Kindern einen Gefallen. Cæterum qvæ Joh. de Pineda l. c. de præstantia hujus nominis disputat, qvòd multo speciosius & honorificentius sit nomine Salomonis, (unde enim, inquit, pax Salomonica, stabilitatem, felicitatem, & bonorum omnium copiam & affluentiam habere potuit, qvā ex divina, benevolentia & dilectione?) illa eruditæ lectoris judicio discutendarelinqvimus. Neqve chartæ angustia iis immorari diutius nobis permittit. Qvæ verò de nomine Jedidja hic paucissimis commentati sumus, ea animis vestris, lectissimi ingenii juvenes, inscripta volumus, ut in hoc laboretis sedulo, in studiis vestris ut sitis *Jedidje*, i. e. *dilecti Domino*. Vos id divina obstetricante gratiâ facturos, non incertam nobis spem facit labor vester. qvem exercendi styli gratiâ elaborandis *Chriis ex Salomonis nostri navaeētw* impendere constituistis. In procinxtu igitur estote ad diem Deo dante, castinum, & Chrias Salomoneas à vobis elaboratas prompta qvidem ex memoria vestra, sed hoc ordine exponite:

1. Christian Gottlieb Büttner / Fryrutha Variscus.
De timore Domini, Prov. c. 1. v. 3. Valedicturus.
2. Johann Gottfried Schneider Oels. Varisc.
De liberorum obedientia, Prov. c. 1. v. 8.
3. Johann George Seidel / Schleit. Misn.
De improborum Societate, Prov. I, v. 10.
4. George Müller / Schönbrunnā Misn.
De Sapientiæ autore, Prov. c. 2. v. 6.
5. Christoph Dicke / Grimmā Misn.
De δοκησιον Φία, Prov. c. 3, 7.
6. Noah Gottfried Hunger / Waldheim. Misn.
De beneficentia, Prov. c. 3. v. 9.
7. Christian Clausniger / Frauenstein. Misn.
De fraudulentia, Prov. 3.v.29.
8. Johann Michael Hubelt / Freibergens. Misn.
De φιλονεκία, Prov. c. 3. v. 30.

FAXIT DEUS FELICITER!

2009 8 003271 -